



Ob 3^a pp. octo p. de hinc

SERMO CXX.

Sed quod non datur christo datur filio. Et quare quod dando elemosinas christi
 non sicut debemus deo reseruat terram in pace et bono statu ita quod p[ro]p[ri]a
 tias et gabelas non oportet solui. Hic cadit exemplum sancti lu
 dui qui cum a baronibus francie reprehenderet quod omnia in elemosinas
 daret et si ingruerit bellum vel magna non haberet unde stipendiarer mi
 lites. Respondit quare ego potius maioris pace quam aliquis rer. certe
 propter elemosinas. Paupes enim sunt stipendarij et milites mei qui
 regnum meum in pace conseruant. Quarto quod tenet deum ne p[ro]ferat
 sententiam mortis contra peccatores. Exemplum de iudicibus et cardinalibus
 et alijs dicitur qui non ita cito p[ro]ferunt sententiam contra aliquem si det eis
 munera et eximia etiam si iniusticia habeat sic et deus suspendit senten
 tiam propter elemosinas. **Et dicit gre. in dyalo. suo** quod iste qui fuit ductus ad
 aliam vitam et postea rediit et dixit se vidisse palatia multa que edifi
 cabantur inter quod vidit unum quod edificabatur solum die sabbati post nonas
 et comperitum est quod iste calcifer qui romanus cuius erat totum lucrum totum
 septimane victu quotidiano reseruato dabat in elemosinas egenis
 bus die sabbati post nonas apud etiam sancti petri. Et sic per tercium
 Quarto inducit nos ad veram dilectionem quam consistit in ope et non in
 sermone lingue. Multi multa p[ro]mittunt et nihil faciunt. **Pro. xv.** Nu
 bes et ventus et pluuie non sequentes. vir gloriosus et p[ro]missa non complens.
Orati. Parturiet montes egredietur et ridiculus mus. Sed ista est vera
 dilectio quam id quod spondet effectu complet. **Vez** est enim quod sicut di
 citur ita est. Et sic patet quartum et consequenter totum.

Dominica tertia de euange. sermo lxx

Erant appropinquantes ad iesum pub. et pha. et pecca. lu
 xv. Sic dicit p[ro]ph. Bonum est quod omnia appetit. Bonum autem
 non potest appeti nisi cognoscatur. ut ibidem dicit. Deus autem in
 hac vita cognoscitur in sua natura perfecte non potest. **Exo. xxxij.**
Non videbit me homo et viuet. Et quod in hac vita non perfecte cogno
 scitur. ideo nec perfecte diligit. **Vn aug.** dicit super illo verbo **Math.**
xxij. Diliges dominum deum tuum ex toto corde. **Q**uod hic modus diligendi deum
 in hac vita impleri non potest in alia autem sicut perfecte cognoscemur ita p[ro]
 perfecte diligemur. **Q**uia sicut deus sic dictum est in sua natura cognoscitur non
 poterat voluit fieri homo ut perfecte in natura humana cognoscere
 tur. **Baruch. iij.** Post hec in terris visus est et cum hominibus uersa
 tus est. Et ut vere crederetur esse deus fecit opera que solus deus facere